

REGISTRY SECVDVM PRIVILEGIORUM  
QIORUM AD RELATIONVM TIERNIC  
ET MGCI STAI A ZOLKIEW  
KIEWSK R. P. SUPREMI CANCELL  
RII ET EXERCITVM GNALIS BA  
REY IAVOROVIEY CAMION AN  
CEN CAPNEI ANNI .I. 620

4

М. Ю.

ВАРШАВСКИЙ  
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ  
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ

Залъ

Шкафъ 3

Полка 5

№ 8

*Zolinski*

*1620*

*1620*

*Liber Centesimus Trigesimus Tertius*  
*Sub literis T.A. n° 134.*

*Regnante*  
*Serēmo SIGISMUNDO Tertio*  
*Cancellariatu.*

*Illustris & Magni Stanislai a Zolkiew Zolkiewski*  
*Exercituum Cnalis Baren' Iauorouien' Camionaceny.*

*CAPITANEI*

*Anni 1620*

*1620*


*David V... compo...*

16

Summary of King's recovery from  
20 Paralysis 1843. ii. 1000  
Minerone. Mikieny.

18

ewski  
ny



.I  
S  
th  
S  
F  
F  
d  
m  
C  
i  
t  
c  
c  
a  
d  
m  
s  
c  
c

164. 16

I  
REGISTRUM SECUNDUM AD PELL  
TIONEM ILLUSTRIS ET MAGCI STANIS  
LAI A ZOLKIEW ZOLKIEWSKI Regni Polo  
niae supremi Cancellarij et Exercituum  
Gnālis. Baren. Iawrowien. Camionacenq. Capr.  
Anni Millesimi Sexcentesimo vigesimo  
Locatio bonorū Swansdorff.

SIgismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Li  
thuaniae Russiae Prussiae Masoniae Samogitia Linoniaq. nec  
non Suecorū Gothorū Vandalorūq. terrarū Rex.

Significamus proutibus hīs nris quorum interest uniuersis et singulis. Quod cum antea Nobilis olim Simon Balor Factor noster vigore Privilegij sibi a nobis concessi bona quaedam Swansdorff dicta, circiter triginta quinque mansos plus minusue in se continen in Oeconomia nra Mariaeburgen sita certo Contractu cum Incolis tum temporis eorum bonorum = inito ad certum annorum decursum videlicet viginti et triūm locasset ac conducisset, illudq. expresse eodem Contractu ipsis ac Succoribus suis canisset, elapsis illis annis eos praeter ceteris ad fundorum illorum novam conductionem admitti, ac ad prorogationem locationis proximiores fore debere. Tam vero nunc post elapsum illud conductionis sub anno millesimo sexcentesimo vigesimo tempus Incolae praefatorū bonorū per certos Consiliarios nobis supplicasset ut eosdem circa prorogationem istius Arendae conseruare

Servare ac praeter ceteris ad locatorem istorum fundorum  
admittere dignaremur. Nos attento eo quod  
prae nominati Hollandi dictos fundos ex cuncta radice  
et aquis quibus inundabant primum excultos in  
usus nostros sumptibus non exiguis et solertia sua ac cura  
deduxerint eosdem fundos cum omnibus eorum com-  
modis utilitatibus, emolumentis, proventibus, fructi-  
bus, quicunque nunc sunt vel in posterum humana In-  
dustria excogitari poterunt, ita plane prout antea  
suis graniculis et limitibus circumscripti fuerunt  
in eorumque usu et pacifica possessione extiterunt, de-  
iure ad triginta annorum decursum conducen-  
tiq; Arendam locari esse ducimus, prout praesta-  
mus proutibus hris nostris, ita ut vigore huius nostrae  
locationis dictos fundos cum omnibus adhaerentibus  
et pertinentibus iuxta antiquum usum teneant,  
habeant, possideant, usque ad expressum triginta  
annorum spatium incipiendo nimirum ab anno mil-  
lesimo sexcentesimo vigesimo, mense Ianuario (quo  
vestro anno prior arenda expirat) usque ad Annum  
Millesimum sexcentessimum Quinquagesimum quie-  
te et pacifice utantur ac fruantur excepto lacu  
Muggense, de quo nulla onera praestare tenebuntur

Concedimusq;

Concedimusq; iisdem Incolis eorumq; heredibus ac Successoribus facultatem liberam frumenta mercesq; suas quocunq; sine Terra sine Mari, in et extra terminos eorum fundorum euehendi, emenē ac dinendenē ad usum proprium et sustentationem domus suae, panes pinfendi, Cernisiam brassandi, intra limites bonorum suorum in Anno Thima piscandi et iuxta antiquum usum molendi fundos eosdem circumvallandi, aggeres, fossas ac molendina aquarum abductionses pro ratione loci et placito ipsorum extruendi, agros et fundos suos comoditatis suae causa alienandi, modo viro bonae fidei id fiat vendendi seu locandi, atq; hereditatis nomine sine ulla onere diuidendi. Ut vero eo comodius rei domestica minigilare, censumq; annum certis nobis pendere possint eosdem Incolas praefata villa Swansdorf modernos et pro tempore existētes, ab omnibus laboribus, exactionibus, Contributionibus Insularum, tam publicis quam privatis excimimus, liberosq; et immunes praestamus, ratione autem aggerationis secundum Contractum cum Incolis minoris Insulae initum, a quolibet manso, quadraginta et quinque grossos dabunt, ab excubijs vero glacialibus ac ceteris aggeris oneribus, erunt liberi et immunes. Jurisdictioni eius cui pro futuro tempore eam commitemus in gravioribus causis

Suberunt. Minores vero et leniores Controuersias per Scul.  
tatum proprium quem ipsis permittimus dirimi, ab ipsisq[ue]  
qua ad bonum ordinem ibidem introduce[n]dum Spectare vi.  
debuntur statui posse declaramus. Elapsis vero ysdem tria.  
ginta annis, expirataq[ue] аренда hac si praefati Incola vel  
successores illorum eundem censum quem reliqui quoq[ue] se  
Soluturos recipient, numerare noluerint, praeter ceteris ipsos  
successoresq[ue] illorum ad prorogationem huius аренда admitti  
tere ac ad nouam locationem proximiores fore debere  
pollicemur. Si vero de Censu conueniri non poterit, si qui  
succedent, aedificiorum impensas Structurasq[ue] et fundi  
meliorationes ex bonorum virorum aestimatione prius co  
pensabunt. Quorum omnium fundorum immunitatunq[ue]  
a nobis concessarum ratione duo millia et centum flore  
nos Polonicales census nomine annuatim post cuiusuis  
anni decursum, pro Festo purificationis Beatae Virgi  
nis Mariae initio anni insequentis Oeconomus n[ost]r[us] Maria  
burgen[sis] et pro tempore existen[tes], Soluere et numerare te  
nebuntur. Si tamen ob communem calamitatem vel de  
uastationem fundorum aut aquarum inundationem  
qua ex praui n[ost]rae inquisitione cognoscetur omnibus vel  
aliquibus eocinde disceden[tes] esset, nullo censu pro illo anno  
onerabuntur. Promittimus vero pro nobis et Seruis Suc  
cessoribus n[ost]ris, commemoratis Villa Swansdorf incolis  
eorumq[ue] haeredibus aut Succoribus integrum et expedi  
tum sum



3  
tum usum et possessionem in predictis fundis, conditionibus et  
modo Superius descripto praestituros neque ulli cuiquam hominum  
illos de fundis dictis, ante plenum triginta annorum decursum  
amoveant aut exciment potestatem facturos esse. Quod omnibus  
et singulis partim vero Guos. Melchiori Veiber Castellano  
Elbingensi Oeconomo nostro Mariaburgensi et futuris ad notitiam  
deducimus usque mandamus, ut eosdem Hollandos Villa  
Swansdorff inhabitatores, circa ius et immunitatem huiusce  
lris nostris ipsis concessam manu teneant ac conservent, contra  
turbationem et impedimentum quarumvis personarum  
defendant ac tueantur. Pro gratia nostra. Iuribus nostris Regali-  
bus Reipublicae Ecclesiae Catholicae salvis. In Cuius rei fidem praesentes  
manu nostra subseras sigillo Regni consignari manda-  
vimus. Datum Varsoviae die sexta Mensis Ianuarij. An-  
no Domini MDC vigesimo Regnorum nostrorum Poloniae XXXIII Sue-  
ciae vero XXVII Anno.

Sigismundus Rex.

Sigillat ad mandati Sac<sup>ae</sup> R<sup>ae</sup>  
Alris per lras.

Sac<sup>us</sup> Zadzik Secr<sup>arius</sup> M<sup>ajestatis</sup>.

### Locatio bonorum Balaw in Oeconomia Mariaburgensi

Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae et Significamus  
partibus lris nostris et Quod cum antea Nobilis olim Simon  
Bahr Factor noster vigore Privilegij sibi a nobis concessi bo-  
na quaedam Balaw dicta in Oeconomia nostra Mariabur-  
geni sit certo Contractu cum Incolis tum temporis eorum

La

bonorum decem mansos circiter in se continen̄ invito ad cer-  
tum v̄gete viginti et quinque annorum decursum locasset  
ac conducisset, illudq̄ expresse eodem Contractu ip̄s ac  
Successoribus suis canisset, elapsis illis annis eos præ ceteris  
ad fundorum illorum novam conductionem admitti et  
ad prorogationem locationis proximiores fore debere.  
Iam vero nunc post elapsum illud Conductionis sub anno  
Millesimo Sexcentesimo vicesimo tempus. Incola præfa-  
torum bonorum per certos Consiliarios nobis supplicasset  
ut eosdem circa prorogationem istius Arendæ conserva-  
re ac præ ceteris ad locationem istorum fundorum ad-  
mittere dignaremur. Nos eo attento, quod prænominati  
Hollandi dictos fundos ex Cruda radice et aquis quibus  
inundabant primum excultos in usus nros sūptibus non  
escignis ac solertia sua et cura deduxerint, eosdem fun-  
dos cum omnibus eorum cōmodis, utilitatibus emolūme-  
tis, proventibus, fructibus, quicunq̄ nunc sunt vel nipo-  
sterum humana industria excogitari poterūt, ita plane  
prout antea suis graniciis et limitibus circumscripti  
fuerunt, in eorumq̄ usu et pacifica possessione extite-  
runt, denno ad triginta annorum decursum condu-  
cen̄ inq̄ Arendam locan̄ esse duximus prout præfamus  
proutibus lris, ita ut vigore huius nra locationis di-  
ctos fundos cum omnibus attinentijs et pertinen-  
tijs iuxta antiquum usum teneant habeant possideant  
j̄sq̄ ad expressum triginta annorum spatium incipi-  
endo

4  
prendo nimirum ab anno Millesimo Sexcentesimo vigesi-  
mo mense Ianuario (quo vixit anno prior Arenda expira-  
rat) usq; ad Annum Millesimum Sexcentessimum Quinqua-  
gesimum quiete et pacifice utantur ac fruantur. Con-  
cedimusq; eisdem Incolis eorumq; heredibus ac Succor-  
ibus facultatem liberam frumenta mercesq; suas qua-  
cumq; Sive terra Sive mari Sive vix sitatis in et extra  
terminos eorum fundorum auerbendi, emendi ac di-  
uendendi, ad usum proprium et sustentationem do-  
mus suae, panes pinendi, Cernisiam brassandi, intra  
limites bonorum suorum in Flumio Abdann piscandi  
et iuxta antiquum usum molendi, fundos eosdem cir-  
cumvallandi, aggeres fossas ac molendina aquarum  
abductiones pro ratione loci et placito ipsorum extra-  
endi, agros et fundos suos comoditatis suae causa alienandi  
modo vno bona fidei id fiat et absq; diminutione Censuum  
vendendi seu locandi, atq; hereditatis nomine sine vno  
onere diuendi. Ut vero eo comodius rei domesticae in-  
uigilare censumq; annum certius nobis pendere possint  
eosdem Incolas praefatae Villa Batav, modernos et pro  
tempore existens ab omnibus laboribus exactionibus Con-  
tributionibus Insulanorum tam publicis quam privatis  
excimmus liberosq; et immunes praestamus. Ratione ta-  
men aggerationis secundum Contractum cum Incolis  
Minoris Insulae initum, a quolibet manso quadraginta

grossos dabunt, ab excubijs vero glacialibus ac ceteris.  
aggeris oneribus erunt liberi et immunes. Jurisdictioni  
eius cui pro futuro tempore eam commitemus in gravioribus  
causis suberunt, minores vero et leuires Controuersias per  
Scultetum proprium quem ipsis permittimus dirimi ab  
ipsisque qua ad bonum Ordinem ibidem introducendum spes  
clare videbuntur statui posse declaramus. Elapsis  
vero huiusmodi triginta annis expirataque Arenda huius  
praefati Incola vel Succores illorum eundem censum  
quem reliqui quoque se soluturos recipient, numerare no-  
luerint, praeter ceteros ipsos Succoresque illorum ad provo-  
cationem huiusmodi Arenda admittere, ac ad nouam loca-  
tionem proximiores fore debere pollicemur. Si vero  
de Censu conueniri non poterit, si qui succedent, adifi-  
ciorum impensas Structurasque et fundi meliorationes  
ex bonorum virorum aestimatione prius compensabunt.  
Quorum omnium fundorum immunitatumque a nobis con-  
cessarum ratione sexcentos Florenos Polonicales cen-  
sus nomine annuatim post cuiusvis anni decursum pro  
Festo purificationis Beatissimae Virginis Mariae initio an-  
ni subsequenti Oeconomo nostro Mariaburgensi et pro tem-  
pore existenti soluere et numerare tenebuntur, Si tamen  
ob communem calamitatem vel denestationem fun-  
dorum aut aquarum inundationem, qua ex praesentia  
nostra Inquisitione cognoscetur, omnibus vel aliquibus  
exinde

5.

exinde disceden<sup>z</sup> eſet, nullo cenſu pro illo anno onerabuntur.  
Promittimus vero pro nobis et Serenis Succoribus nr̄is, nos cō-  
memoratis villa Balaw Incolis eorumq; heredibus ac Suc-  
ceſſoribus integrum et expeditum uſum et poſſionem in pradi-  
ctis fundis, Conditionibus et modo ſuperius deſcripto præ-  
ſtituros, neq; ulli cuiquam hominum illos de fundis dictis  
ante plenum triginta annorum decurſum amouendi aut  
excimendi poteſtatem facturos eſſe. Quod omnibus et ſingu-  
lis pr̄t̄im vero Gnoſo Melchiori Vejher Caſtellano Elbri-  
genſi Oeconomo nr̄o Mariaburgenſi et futuris ad notitiam  
deducimus iſq; mandamus, ut eosdem Hōllandos Villa  
Balaw inhabitatores circa uis et immunitatem huiſce lris  
nr̄is ipſis conceſſam, manu teneant ac conſeruent, contra  
turbationem et impedimentū quarumuis perſonarū de-  
ſendant ac tueantur. Pro gr̄a nr̄a. Iuribus nr̄is Regali-  
bus Reip̄a Eccl̄iaq; Cath̄ca ſaluis manentibus. In Cuius  
rei fidem pr̄ntes manu nr̄a ſubſerās Sigillo Regni cōſigna-  
ri inſimus Datum Varſavia die ſexta Menſis Ianuarij  
Anno quo ſupra.

Sigismundus Rex

Sigillat ad mandat Sac<sup>o</sup>  
Rat̄tis per lras.

Sac<sup>o</sup> Zadzik Seer<sup>o</sup> M<sup>o</sup>ſ.

Ius Caducum Thoma Skopowſki  
Confertur.

Sigismundus III Dei gr̄a Rex Poloniae et Sigificanus et  
Quod cum Nobilis Thoma Skopowſki militis nr̄i virtute

mp  
singularemque animi magnitudinem plurimis expeditioni-  
bus bellicis partim vero Moschonica comprobata probe  
comendatam habeamus, pro nostra propensa in illum volunta-  
te damus et donamus eidem una cum successoribus suis iure perpe-  
tuo duocimus prout quidem damus et donamus proutibus  
lris nostris, bona omnia mobilia et immobilia, summasque quas  
uis pecuniarias sine paratas sine aliqua ratione obliga-  
tas et apud quascunq; personas in Regno et Ducibus nostris  
existentes, post quendam Andream Szjstowski, certis et  
legitimis de causis iure caduco ad dispositionem nostram devo-  
luta ita ut eadem omnia bona tum et sumas inquirat  
iure adeat, et in possessionem suam vindicet, teneatque ha-  
beat et possideat, ac in suos Successorumque suorum quousvis  
beneplacitos suis pleno iure convertat, temporibus per-  
petuis. Quod omnibus quorum interest partim vero Magi-  
stratibus quibusvis ceterisque sub quorum iurisdictione  
bona prefata extiterint ad notitiam deducimus usque ma-  
damus, ut predicta omnia bona memorato Donatario nostro  
in realem et Actualem possessionem tradant pro gratia nostra.  
In Cuius rei fidem prout manu nostra subseruas sigillo Re-  
gni comminari iussimus. Datu Varsavia die vigesima se-  
cunda mensis Iamarij. Anno quo supra.

Sigismundus Rex.

Jac<sup>s</sup> Zadzik Sec<sup>s</sup> M<sup>s</sup>

Sus Patronatus Eccl<sup>e</sup> obner dict in Linc  
na Collegio venden confertur.

Sigismundus

6

Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae et S. Imperatoris Romanorum  
 Expositum esse nobis Vnabiles Pres. Societatis Iesu Colle  
 gijs Venden Eccliam sub titulo Assumptionis Beati Gimae  
 Virginis Mariae vber dictam in Dioc. Venselen sita  
 renouare, et exadificare, ibidemq. Parochum propter ad  
 ministrand. Sacramenta, exercentiq. animarum curam in  
 stituere velle, Supplicatumq. eorundem Patrum nomine  
 ut eam Parochia erectionem ratam et gratam habere  
 Insq. Patronatus dicta Ecclia Collegio Venden conferre  
 dignaremur. Nos pro solito nro in promovendo Cultu  
 Divino zelo moti tam aequitate Supplicationis, quam  
 pietate operis, eam erectionem pro iure nro ratifica  
 dam, et in patronatus predictis Patribus Societatis  
 Iesu conferendum ducimus, prout Conferimus prntibus  
 lris nris, volem. et praesen. lrarum nostrarum vigore  
 Patres praefati integrum ius praesentandi Parochum ad  
 dictam Eccliam habeant, et sine quovis impedimento  
 dum necessitas postulaverit, concessa a nobis sibi hoc  
 iure utantur. Quod ad notitiam Bondi in Chro. Pres.  
 Dni Othonis Schenkink modern. Episcopi Venden, ca  
 terorumq. pro tempore coexistentium deducimus requiri  
 musq. ut ab ysdem Patribus ad dictam Parochiam praesentatos, si alia ex praescripto Sacrorum Canonum re  
 quisita habuerint, instituunt ac inuestrant. In Cuius  
 rei fidem prntes manu nra subseras sigillis tam Regni  
 quam Mag. Duc. Lithuaniae communi in Simus Datum Var

Sanctae die decima Mensis Februarij Anno Dni Millesimo  
sexcentesimo vigesimo Regnor' nror' Poloniae xxxciii  
Sueciae vero xxvii Anno.

Sigismundus Rex.

Jad Zdzik Seer

## Consensus eximendi Aduocatiam in villa Bonnica Nicolao Farurej.

Sigismundus Dei gra Rex Poloniae Significamus et De-  
disse nos dareq' proutibus hris nris facultatem et consen-  
sum nrum Gnofo Nicolao Farurej Aduocatiam in villa  
nra Bonnica Capneatus Biecen silt morte Nobilis olim  
Rydzewski ad dispositionem nram Regiam  
denoluit, de manibus quorumnis modernor' nullis iure  
possorum iustis pccrum sumis excemen' seu aliqua alia  
ltima iuris via et ordine recuperari et in suam posse-  
sionem vendicari. Quam quidem Aduocatiam modo  
pmissa liberatam cum omnibus fructibus, prouen-  
tibus, agris, pratis, campis hortis, colonis eorumq' labo-  
ribus et censibus piscinis flumjns molendinis tabernis  
omnibusq' generat' attinen' et pertinen' antiquitus  
ad eandem Aduocatiam spectan' memoratus Gnosus  
Nicolaus Farurej tenebit habebit et possidebit ad  
extrema vita sua tempora. Promittimus autem pro  
nobis et Serms Suecoribus nris non esse nos memoratu  
Nicolauum Farurej ab usu et possessione dictae Aduoca-  
tia amoturos neq' amone' aut alienan' empram

ptatem



7

potestatem daturus sed saluum et integrum ius aduitali-  
tium ipsi ibidem conseruatuos, quod et heredi Successores  
nri prestabunt. Post decessum autem ipsius non prius  
Aduocacia prefata ad nram Successorumq; nrorum dispo-  
sitionem redibit, quam Summa in lris Originalibus expressa  
vel eoc taxa Commissariorum proneniens Successoribus il-  
luis integre numerata et persoluta fuerit. In iuris  
nris Regalibus et In Cuius rei fidem pntes manu  
nra subscribas sigillo Regni comuniri in sumus. Datum  
Warsaviae die vigesima octava Mensis Februarij  
Anno quo supra.

Sigismundus Rex.

Sigillat ad Mandat Sac<sup>a</sup> Ra-  
ltis per lras

Sac<sup>s</sup> Zadzik Sec<sup>r</sup> m<sup>g</sup>.

### Consensus Gotygomski super cessione fundi Pustynia Turgina et Rima dict.

Sigismundus III Dei gra Rex Poloniae et Significamus et  
Quod cum Nobilis Mathias Gotygomski in animo co-  
stitisset omni et integro iure suo aduitali, quod de iure  
ipsi et uxori illius lrima Nobili olim Anna Biatkow  
ska ad fundum Pustynia Turgina et Rima dict ad  
Arcem Roneburgen nram sit. competebat, in perso-  
nam Honorati Cristiani Kruzer Chyrurgi et Con

AK

ingis ipsius Margaretha Kauffman cedere et condescen-  
dere. Supplicatumq; nobis esset ut in eiusmodi cessionem  
consensum nr̄m praeberemus. Nos itaq; eōmendatam ha-  
bentes supranominati Cristiāni Kruier in arte sua pe-  
ritiam, et constantem erga nos et Rempub- fidem faci-  
endum esse putauimus, ut illi praesentem Consensum  
nr̄m tribueremus prout quidem tribuimus hris hisce  
nr̄is. Ita quidem ut posteaquam per praefatū Ma-  
thiam Gotjegoski cedio coram Actis quibuscunq; au-  
thenticis eidem facta fuerit, bona et fundum prae-  
minatum cum Taberna seu arca eiusdem, omnibusq;  
ex antiquo attineñ pertineñ fructibus, prouentibus  
eōmodis et utilitatibus generatim uniuersis prout a pri-  
oribus possoribus tenebantur, isidem Cristiānus Kru-  
ier cum supranominata Coniuge sua ambo in solidum et  
quitt eorum Superstes teneat habeat possideat, pacifice  
et quiete ad extrema unius cuiusq; ipsorum tempora.  
Iuribus tamen nr̄is Regalibus Respa et Ecclia Cathca  
saluis ibidem permanen. In Cuius rei fidem pntes  
mann nr̄a subseras sigillis Regni et Mag. Duc. Lithuae  
consignari iussimus. Datum Warsauiæ die decima  
Mensis Martij Anno quo supra.

Sigismundus Rex

Jac. Zadzik Secr. Maj.

Consensus Gdeszczynskim ad ceden Ausc Ro-  
zen seu Och Rozen Moyza

Sigismundus.

Sacrosanctus in Dei gratia Rex Poloniarum & Significamus  
Quod cum Nobiles Joannes Marcus et ——— Gede  
Syn(sy) milites nri in animum induciissent, de omni ac  
integro iure suo quod quilibet eorum pro sorte ac interesse  
suo ad bona Ansc Rozen Mojza sen Och Rozen Mojza,  
vostit in Dictu ——— sibi a nobis sibi datum habet  
cedere illudq coram quibuscunq Regni nri vel Magni  
Ducatus Lithuæ authenticis Actis in personas Rectorum  
Prum Societatis Iesu Vanda residentium transferre  
et transfundere. Nos studium eorundem Prum in pro  
pagandã ibidem religione Catholica comendatum habent  
zelo cultus Divini promovendi ducti facile in eam ces  
sionem consentient duocimus, uti quidem consentimus prin  
tibus lris nris, ita ut post eam cessionem a quolibet eorum  
pro interesse suo lrimo factam, quam nos ratam et gra  
tam habituri sumus, vigore eius Consensusq huius nri  
bona prefata Mojza cum predijs agris pratis, campis,  
sylvis, subditis, eorumq censibus laboribus, laenibus sta  
gnis, piscinis, molendinis, tabernis, omnibusq attenent  
antiquitus ad eadem bona pertinet memorati Pres  
Societatis Iesu Vanda residentes, teneant, habeant  
possideant usq utifmantur. Promittimusq pro nobis  
et Sermis Succoribus nris non esse nos Sermosq Succores  
nros ab usu et possessione predicta Mojza memoratos Pres  
Societatis Iesu amoturos vel alienaturos, neq amonem  
vel alienandã cuiquam pstatem daturus, sed saluum et

rhp

integrum ius eisdem Conservaturos. Ratione quorum bono-  
rum ad nulla alia onera tenebuntur Præs nisi ad ea ad  
qua nobis et Reipæ præstanda Nobilitas illius Prouinciæ  
est eritue in posterum obligata. Iuribus nr̄is Regalibus  
Reipæ et Ecclæ Cathcæ saluis. In Cuius rei fidem præ-  
sentes manu nr̄a subseras Sigillo Regni et Maz Ducat  
Lithuæ consignari iussimus. Datum Varsaniæ die deci-  
ma Mensis Martij Anno quo supra.

Sigismundus Rex

Jac<sup>o</sup> Zadzik Secr<sup>o</sup> M<sup>o</sup> R<sup>o</sup>.

Fundus seu wroczyseze Hawrytów Ka-  
mien Thoma Skopowski confertur.

Sigismundus III Dei gr̄a Rex Poloniæ et S<sup>o</sup>gnificamus re  
Quod cum Nobilis Thoma Skopowski militis nr̄i vir-  
tutem præclaramq; animi magnitudinem et singulare  
rei militaris peritiã cum alijs expeditionibus bellicis  
tum præcipue Moschonica comprobata optime comen-  
datam habeamus, facien<sup>o</sup> nobis esse ducimus ut eidem  
darem<sup>o</sup> et conferrem<sup>o</sup> prout quidem damus et confe-  
rim<sup>o</sup> proutibus lr̄is nr̄is, fundum certum wroczyseze  
Hawrytów Kamen dict<sup>o</sup> sub villa Herbertinowæ in Di-  
strictu Halicien<sup>o</sup> et Cotomien<sup>o</sup> silt morte nr̄is

quondam nr̄is Valentini Cebrowski consor-  
tis ad dispositionem nr̄am deuoluit, ita ut eundẽ fun-  
dum cum omnibus agris pratis campis, pascuis, hortis  
lacubus

slp

9

lacubus piscinis, fructibus, emolumentis pertinentijs et per-  
tinentijs uniuersis antiquitus ad eadem bona spectant  
memoratus Skopocski, teneat habeat, possideat ad extre-  
ma uita sua tempora. Promittimus uero pro nobis et  
Sermis Succoribus nr̄is, non esse nos memoratum Tho-  
mam Skopocski a praedicto fundo uita ipsius durante  
amoturos, neminq̄ amouendi potatem facturos. Rone  
cuius aduitalitatis quartam Proventuum partem Regi-  
nam quotannis inferre tenebitur. Iuribus nr̄is Regi-  
libus Reipa Eccl̄ae Cath̄icae saluis. In cuius rei fidem  
pr̄ntes manu nr̄a subscribas sigillo Regni comuniri iussimus.  
Datum Warsaui die uigesima nona Mensis Aprilis An-  
no quo supra.

Sigismundus Rex

Jac̄ Zadzik Sec̄r̄ Reḡ.

### Oblata Irarum Instructuarj Exigen Thelonei Matwen.

Sigismundus III Dei gra Rex Poloniarum Significamus re  
Oblatas esse ad Acta Cancellaria nr̄a maioris nonne Gndi  
Gabrielis Kietzenski Praepositi Arzeluen Iras papyreas  
infra scriptas sigillo Capneali Castreni Sumuladislani  
sigillatas ac manu Gnosi Mathiae Wlodek Iudicis Ca-  
streni Sumuladislani subscribas sanas saluas et illae  
sas omniq̄ suspitionis nota carentes, Supplicatumq̄  
nobis ut eas ad Acta Cancellaria nr̄a maioris suscipi.

La

et inscribi ac demum eorum authenticè extrahi manda-  
re dignaremur. Quarum litterarum tenor est qui sequitur  
talis. Actum in Castro Sumiladislaviensium Feria quar-  
ta ante Festum Sancta Margaretha Virginis proxima  
Anno Domini Millesimo seecentesimo decimo nono. Ad  
officium Actaque prout in Castro Sumiladislaviensium per  
sonatrem veniens Nobilis Alexander Luezyński Famu-  
lus Rudi Gabrielis Kietcewskiego Praepositi Strzelne-  
nomine eiusdem Domini sui ac totius Conventus Virgini-  
Deo dicatarum Monialium Strzelne obtulit officio  
prout ad Acticandum in Acta prout in Castro Sumi-  
ladislaviensium Instructuarium exigendi Thelonei Ma-  
twe- ad Conventum praefatum Strzelne pertinen-  
tam ipsius Rudi Gabrielis Kietcewskiego Praepositi Strzel-  
ne subscript et sigillo communitatis petens eum in Acta  
officij istius inscribi, eumque petitis uti licitis officium  
prout annuatim hunc instructuarium prout suo in tenore  
continetur in Acta officij sui inscribi fecit illiusque tenor  
talis est qui sequitur. Instructoria na wybraniem eta-  
Materskiego podana Celnikowi przez J. M. J. Petra  
Gabriela Kietcewskiego Probosza Strzelnijskiego  
w Conventu jego wzroszej dostateczna Inkwizycja  
z wybraniem pierwszych dzierzawcow mechcae one-  
rowae ludzi kpięckich etami iakie wybrania na  
innych Komorach wiskie ale przychylanie sie do  
dawnych

dawnych zwozozaiow wójbierami eta Matewskiego mi me  
 ummiej bnaio am przydaiac nad Staroclawone wójbierami  
 nizej opisany Instructuarz podawasz w ten sposob. Od po  
 stawu Sukna Lunskiego od slaskich kupcow groszj dwa  
 od postawu Sukna Morawskiego putgroza. Od postawu  
 utersinn od slaskich kupcow groszj dwa, od postawu Su  
 kna Slaskiego ktore wozą do Rusi albo do Litwy szelagie  
 den, od Bella Sukna Slaskiego groszj Sesi, a w Belli me na  
 bydz wiecej postawow tylko dwadziescia j piec. Od belle  
 Karazzej od Polskich kupcow groszj dwanasie, od posta  
 wu Karazzej Angielskiej od slaskich kupcow co za gra  
 nice grosz ieden, od postawu Karazzej slaskiej co za gra  
 nice idzie putgroza. Od Sukniow Poznanskich od wo  
 za Smrowanego groszj dwanasie, od funta szafranu  
 co za granice grosz ieden. Od kamienia Cukru co za gra  
 nice grosz ieden. Od kamienia pieprzu co za granice grosz  
 ieden. Od kamienia Hanjzu Galasu Bobkow co za gra  
 nice ida po putgroza, od kamienia kmiru co za granice  
 putgroza. Od funta gozdzikow Muskatowego kwiatu co  
 za granice po szelagu. Od funta Cynamonu za granice put  
 groza. Od kamienia Imbieru za granice putgroza. Od  
 kosa Rozynkow za granice groszj cztery. Od kamienia  
 Migdatow j Ryzu za granice po putgroza. Od miecha Sie  
 mienia Marchwiannego j Gubulnego z Slaska idacego gro  
 szj Sesi. Od faszy Siemiemia Gubulnego z Slaska idacego  
 groszj dziesiec. Od kamienia Siemiemia Gubulnego z Slaska

idącego grosz ieden. Od Kobercyj ktore woza przez grani-  
ce po groszu iednemu. Od zelaza Cetnaru Puzmutowego  
y od stali co z slaska grosz ieden. Od smoszj od skor skopo-  
wych od ierchj, od sta skor za granice groszj dwa. Od potcia  
miesa co za granice putgrosza, od woza Orzechow groszj  
dwanasac. Od kamienia puchu za granice grosz ieden  
Od miecha vsepnice za granice groszj piec. Od miecha ru-  
thj od slaska groszj dwa. od kamienia szwaczek za gra-  
nice kwartnik. od fasy szwaczek do Polski groszj szesci. Od  
kamienia tom ktory woza do Polski kwartnik, a ktory przez  
granice woza szelag ieden. Od kamienia zwierschmego  
mtjnskiego groszj szesci. od kamienia spodniego groszj trzy.  
Od woru Glinickiego chmielu oprocz komi groszj dwanasce  
Od woru Brudzewskiego chmielu oprocz komi groszj szost  
Od kamienia welnj ktora woza za granice szelag ieden  
a ktora woza do Polski kwartnik. od kamienia konopi  
albo lnu ktore woza przez granice szelag ieden. od fasy  
tuninj groszj trzy. od fasy Dorsow ktore woza do Polski  
grosz ieden. a ktore woza do slaska groszj dwa. od fa-  
sy gorzalki ktora woza do Polski groszj dwa a ktora  
woza za granice groszj ctery. Od fasy Lososiow ktore  
woza do Polski groszj dwa a ktore przez granice gro-  
szj trzy. Od wiadra w belakrego wina po groszj dwu  
Od fasy wina Kanaru co do slaska groszj pistnascie a co  
do Polski groszj dwanasce. Od kufj matmarzjej kto-  
ra przez granice woza groszj dwadziecia a ktora  
do Polski



do Polski wiozą groszy piętnasce. Od wcefta wina Fran-  
 cuskiego groszy szesc, od Cetnaru miedzi tak starej iako jno-  
 wej grosz ieden. Od faszy ryb solonych groszy szesc, od becz-  
 ki sledzi co do slaska grosz ieden a co do Polski putgrofa.  
 Od beczki soli szelag ieden. Od tysiacu popieliczych sko-  
 rek groszy szesc. Od tysiacu krolkowych skerek groszy  
 trzy. Od funta Bzdichu farby co do slaska po szelagu  
 od soroka soboli ktore wiozą za granice groszy piętna-  
 scie. Od soroka norow groszy cztery. Od soroka grono-  
 stajow groszy szesc, od soroka tasiecznych skerek groszy trzy  
 od Buby kuni albo btamu groszy trzy, od dretomanych  
 towarow ktore wiozą do Polski groszy dwanasce, od  
 skrzyjne towaru kramarskiego groszy szesc. Od matey skrzy-  
 me groszy trzy. Od skrzyjne plotna groszy szesc. Od towa-  
 row ktoreby mat w wozie niezawiazane ani w skrzyjni co  
 za granice wiozą, od grzywny putgrofa, od koma proznego  
 grosz ieden, od koma pod thowarem groszy puttora. Od zag-  
 wie oliwy groszy szesc. Od wozta ruszne groszy szesc, od  
 wcefta Limony groszy szesc, od suchych torosi co do slaska  
 wiozą po szelagu, od szuby lisiej albo btamu groszy trzy  
 od szuby popieliczej albo btamu groszy dwa, od szuby kro-  
 likowej grosz ieden od bobru iednego ktorego wiozą za  
 granice putgrofa. Od lisa, wilka, wydry, co do slaska ida  
 po putgrofku. Od skory Tuchtowey Dublinowey takzej Se-  
 rowey ktore wiozą za granice po kwartniku. Od tachru  
 cimcow co przez granice szelag ieden, od tachru skor ko

.ztoajch za granice putgroßa, od tachru skor Kurdjbanow  
zejch za granice großy dwa, od Tosiej skory za granice  
Belag ieden. od tachru zamstowych skor putgroßa od ska  
ry saffiann co przez granice woza, Belag ieden, od snopa  
kork przez granice Belag ieden, Czapniej ktorzy woza  
Smore robote od miecha kazdego großy dwa, od koma  
sta skrojo w wozei großy trzy. locus Sigilli. Gabriel Ket  
czenski Praptus Strzelneñ mpa. A quo solutum est me  
moriale offio prnti. Mathias Wtodek Castren Inni  
uladislameñ Judeoc. Ex Actis Castren Inimlachsja  
nieñ extractum. Correctum per Gorezjnski. Nos itaq  
Supplicationi hinc uti infra benigne amueri bras pra  
misertas prout in se continentur ad Acta Cancellaria  
nrā maioris suscipere ac demum ex ijs describere et  
authentice extradere mandaminus. In Cuius rei fi  
dem prntibus Sigillum Regni est appressum Actum  
et Datū Warsavia die secunda Mensis May Anno  
quo supra.

Recto Illis et Mgci Stanisla  
a Zolkiewe Zolkiewsk supremi R.  
P. Canceth et Excercitij Gnalis  
Baren Januoromeñ Cambrona  
ceñg Capnei.

Capitaneatus Zydaczowieñ Gnoso  
Samueli Starzechowski confertur.

Sigismundus III Dei grā Rex Poloniarū Significamus re  
Fum

Eum esse Gnosii Samuelis Starzechowski Succamerarij Leo-  
 polienſis antiqua Familia Splendorem, eam in ipſo virtutu  
 omnium ac morum gravitatem, ut et fides ipsius in nos et  
 singulare in Rempublicam benemerendi Studium eximium  
 sectatorem virtutis maiorum suorum, ipsum esse luculen-  
 ter satis ostendat. Hic enim atq; parentum suoru insti-  
 tuto, artibus liberalibus imbutus Serma olim Da memoria  
 Anna Regina Polonia amita nra carissima ad servitium  
 aulicum comendatus esset, ibiq; aliquanto tempore, obse-  
 quia sua dexteritate et diligentia probata reddidisset  
 adiecit animum militia exercenda, ut pote maiorum su-  
 orum exemplo excitus, qui et in toga prudenti salubriq;  
 Reipa consilio non defuere, et in saepe strenui militis  
 magnanimitate et perseverantia, ceteris praeferere  
 ac promide Serma olim Da memoria Anna Regina Polo-  
 nia amita nra carissima hac luce functa militia no-  
 men dedit, totoq; tempore florentis suae aetatis contra  
 Regni huius hostes Tartaros Turcas Moldanos animo-  
 se arma exerevit, quod ipsum etiam in hunc usq; diem  
 omni sese offerente occasione non intermittit, quo facto  
 talem se virtutis maiorum imitatore exhibuit, ut me-  
 rito a nobis omni dignitatis gradu ornandus et bonis  
 Reipa, quo etiam in hac sua proeectiori aetate in ulterio-  
 ribus Reipa servitijs non deficeret, augendus esse iudica-  
 retur. Cum itaq; ad prius Capneatus Zydaizonienſis mor-  
 te Gnosii Zoterzjnski vacaret et ad disponem,

vj

nrām Regiam deuolutus eſet, hac porrecta occasione  
eundem Gnōsum Samuelem Starzechowski pro meritis ip  
ſuis hoc Capneatu Zydaczoniē ornandū eiq̄ praſatum  
Capneatum Zydaczoniē nrē aduittis danū et conferōn  
eſſe ducimus, prout quidem prntibus lris nrīs danms et  
conferimus. Atq̄ vigore huius prntis donationis nrā  
praedictum Capneatum Zydaczoniē praſatus Gnōsus Sa  
mmel Starzechowski Succamerarius Leopoliē cum Caſtro  
iurisdictione oppidis praedijſ villis Aduocatjſ et ſcut  
tetyſ molendinis piſcinis lacubus ſyluis, nemoribus nec  
non ſubditis Colonis eorumq̄ cenſibus, ſtationibus The  
lonis cōmodis utilitatibus obuentonibus allineē et  
pertineē uniuersis nullis proſus exceptis pro nobis ne  
aut quopiam alio reſeruatis ſed prout a Gnōso olim

Zotezjnski tenebatur et poſidebatur, te  
nebit habebit et poſidebit ad extrema vita ſua  
tempora. Rone cuius Aduitalitatis quartam ſūma  
partem iuxta praſerūm legum Ranaam quotannis in  
ſerre tenebitur, adificia inſuper omnia ac ſtructura  
arcis ſartam et tectam conſernabit, ſubditos no  
uis laboribus non aggranabit, ſyluaq̄ nrā poſſoni  
ipſius vigore prntis donationis nrā ſubiecta ne tam  
ab ipſo quam a vicinis deuaſtentur diligenter promi  
debit. Promittimus autem pro nobis et ſermis Succori  
bus nrīs, non eſſe nos ſaluis praedictis conditionibus.

eum

enim Capneatum aut quidpiam ab eo adempturos amonen-  
dine potestatem cuiuspiam facturos, quin imo in usu et pos-  
sessione eius pacifica bonorumq; illi annexorum et nos eum  
donec superstes fuerit conservabimus, et Serenissimi Succores  
nostri conservabunt. Juribus nostris Regalibus Reipublicae et Ecclesiae  
Catholicae salvis manent. In Cuius rei fidem praesentes manu  
nostra subscribitur sigillo Regni communi in sumus Datum War-  
saviae die quarta Mensis Maij Anno quo supra.

Sigismundus Rex

Jac<sup>o</sup> Zaderik Sec<sup>o</sup> M<sup>o</sup> J

## Consensus G. Joanni Herbort ad- ceden Capneatu Skalen.

Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae et Significan-  
tissimus et Mereri id antiquam et a multis retro saecula-  
lis continua quadam temporum serie amplissimorum  
quorumvis munerum et honorum in Republica hae  
functionibus semper conspicuam et Illrem G. Joan-  
nis Herbort de Fulstini Capnei nostri Skalen familiae  
tam praedaras eiusdem Gnosii Capnei virtutes in  
obeundis Aulae nostrae Reipublicae obsequijs nobis abun-  
de probatas et filium ipsius Gnosium Nicolauum Her-  
borth cuius quoque promptam de nobis benemerendi  
voluntatem praedaramq; et a maioribus suis non de-  
generem animi magnitudinem ac singulare rei.

mpg

militaris studium in exercitiis nostris sapienter contestatum  
optime commendatum habemus, dignis premijs gratiaq;  
nostra testimonijs prosequamur. Quare cum is idem  
Gnoscus Capneus Skalensis de omni et integro iure suo  
admittatis illi super Capneatum Skalensem villasq;  
eo pertineti competente cedere, illudq; in personam  
memorati filij sui transferre et transfundere in a-  
nimum suum induisset, a nobisq; petisset ut ad eam  
rem perficiendam Consensum nostrum sibi praeberedi-  
gnaremur, faciemus nobis esse ut in eam cessionem Captus  
supradicti consentiremus, uti consentimus hisce litteris  
nostris, potestatemq; facimus praefato Gnoso Joanni Her-  
borth eandem coram quibuscumq; Actis Regni authen-  
ticis faciendi et recognoscendi. Qua posteaquam sum-  
sortita fuerit effectum, nos eam ratam et gratam habi-  
turi sumus uti eam qua hoc nostro antecedenti consensu  
peragetur, Vigore eius cessionis memoratus Gnoscus Ni-  
colaus Herborth eundem Capneatum Skalensem cum om-  
nibus et singulis attinenti et pertineti vocati arce et op-  
pido Skata kotodrobka, omnibusq; eiusdem Capneatus  
villis ut pote Htuboczek Gyzany Zaranowezze Zylmi-  
eze Scienkow Zatnkowice Zezulime Jarostawka Ter-  
smowice Wjysitek Wjysmowiceki Zawadmoze, nec  
non cum Advocatia Skalensi villaq; Sankow ad ea  
pertineti tum et molendino Skalensi alijsue molen-  
dimis

diuis eo pertineat ac cum Theloneo antiqua consuetudine a  
 mercibus equis et curribus in eodem Capneatu pendi solit  
 vniuersisq; prouentibus et quibusvis utilitatibus quemadmo-  
 dum prænominatus Gnosus Ioannes Herbort parens ipsius  
 ea omnia possidebat, nihil plane excipien in re aduitalitio  
 tenebit habebit et possidebit, ad extrema vita sua temp-  
 ra. Promittimus vero pro nobis et Seruis Succoribus nr̄is  
 nos eundē Gnosum Nicolauum Herborth, ab usu et possessione  
 memorati Capneatus non esse amoturos, neq; amoneū cui  
 priam ptatem daturus, quin ipsi ibidem integrum ius ad-  
 uitalitiū una cum Seruis Succoribus nr̄is conseruatu-  
 ros. Rone cuius aduitalitatis quartam prouentum e-  
 iusdem Capneatus partem Ranam quotannis statuto  
 tempore ex præst. Constantinū Regni inferre tenebitur  
 pro fabrica vero arcis ad triennium quotannis expo-  
 net quadringentos florenos ex præstero nr̄o per Secreta-  
 rium nr̄um quem misurari eo sumus declarant expenden-  
 dos, subsequentibus vero annis pro eadem fabrica ve-  
 busq; admunitionem arcis necessarijs ducentos florenos  
 quotannis exponet, Subditos præterea in solitis oneribus  
 et laboribus non aggranabit, Sylvarum ne a quopiam  
 deuastentur diligentem curam ac custodiam habebit  
 Iuribus nr̄is Regalibus et In Cuius rei fidem et Datum  
 Varſavia die decima septima mensis Maij anno quo sup̄.  
 Sigismundus Rex Sac. Zadzik Secer. M. J.

Confirmatio iuris montanici in  
Nowy Targ.

AS  
rg.

Sigismundus III Dei grā Rex Poloniae Significamus et obla-  
tas esse ad Acta Cancellariae nostrae maioris Bras parvama-  
neas manu nostra subscriptas et sigillo Regni maiori cum-  
nitas, sanas salvas et illasas omniq[ue] suspicionis nota caren-  
Supplicatumq[ue] nobis ut eas ad Acta Cancellariae nostrae in-  
scribi in eademq[ue] inscribi mandare dignaremur. Quarum  
harum tenor de verbo ad verbum ut inseritur sequi-  
tur talis. Sigismundus III Dei grā Rex Poloniae et Signi-  
ficamus tenore proutum quorum interest universis et  
singulis proutibus et futuris, harum notitiam habitu-  
ris. Quod cum in bonis nostris Regis Capneatus Novi Fori  
vulgo Nowy Targ singulari Dei beneficio atq[ue] industria  
et diligentia quorundam minerae aris et argenti alioru[m]  
metalloru[m] satis copiosa reperta sint, volentes thesauru[m]  
hunc recens inuentum nostro et Reip[ublicae] comodo augere propa-  
gare et in bonum ordinem reducere, cum Societas infra  
Scripta, in qua multi sunt qui longo usu atq[ue] experientia  
artem montanicam didicerunt, omniaq[ue] ad optimum  
statum et ordinem reducere possunt et norunt sese  
nobis ad effodiend[um] et ad perfectionem proprijs sumptibus  
reducen[di]



reducere dictas mineras certis infrascriptis conditionibus.  
 offerat, nos id ipsi concedere duximus uti quidem primitibus  
 huius modo infrascripto concedimus. Ac imprimis Societatem  
 hanc montanicam, horum nominibus comprehendere volu-  
 mus, videlicet Unabilium Gnosorum et Spiritum Thoma  
 Oborski Suffraganei Stanislai Skarzewski Scholastici  
 Cracoviensis Stanislai Witkowskiego Magni Procuratoris  
 Arcis Cracoviensis Conradi Friauser Petri Romecki Ioan-  
 nis Wizenberger Nicolai Wizenberger Alberti Celesta  
 Christophori Stowickowski Syndici Cracoviensis Joannis  
 Sztyltoewski Joannis Frydrychowski Canonici Crac. Sta-  
 nislawi Osiecka, Stanislai Cedro Andrea Lukomski Canonici  
 Cracoviensis Georgij Fabiani. Quibus et eorum legitimis Succo-  
 ribus in dicto Capneatu nostro Novi Fori et Capneatu Czor-  
 stineni in fodiendo concedimus perpetuo et in annum ita  
 ut nemini liceat fodinas facere et mineras extrahere  
 in bonis supranominatis Capneatus Novi Fori et Czor-  
 stineni nisi dicta Societati et eorum legitimis Succoribus  
 vel cui dicta Societas concesserit aut in suam Societa-  
 tem more et exemplo Zuppari Stkubienensi admiserit. Co-  
 cedimus etiam prefatis Cultoribus et eorum Succoribus  
 omnia Privilegia libertates immunitates prerogativas  
 gratias et favores Plebiscita et statuta et quasvis con-  
 suetudines laudabiliter introductas a nobis et olim Se-  
 renissimis Regibus Poloniae Praedecessoribus nostris sub quibus-  
 cunque verborum formis Stkubienensi et alijs officijs.

Montanicis pro Cultura montium concessas in omnibus  
et singulis punctis clausulis et articulis singulorum teno-  
rem et firmam pro sufficienter expressis sic habere volen-  
robur et firmitatem perpetuis temporibus ad Cultores  
Novi Fori extendentes tenore proutum mediante, hoc  
Speciatim adyacentes quod dicti Cultores nullam aliam iu-  
risdictionem agnoscere vel illi subesse tenebuntur, nisi iuri  
montanico per Zupparium ad Instar Cultorū Itkysienū a  
nobis ordinando, appellatione ab illius decretis non nisi ad  
nos post Curiam nostram concedenda, officiales, laborato-  
res, fofores et ministros quoslibet in dictis montibus  
et locis ad Culturam montium spectantem inhabitantem ab  
omni iurisdictione et potestate omnium Capiteorum iudicium  
Subiudicium et eorum subdelegatorum exemptos ita  
esse volumus ne omnino coram ipsis aut aliquo eorum  
pro quibuscūq; causis negotijs quomodo cūq; exortis re-  
spondere teneantur aut aliquas penas incurrere in illisq;  
condemnari aliquo modo possint sed omnes causas parvas  
et magnas quocūq; modo exortas contentionemq; coram pra-  
dictis Cultoribus sine coram officialibus tanquam in tri-  
mo foro examinari, iudicari et decerni volumus. Simi-  
liter eisdem Cultoribus montium omnia victualia quo-  
cūq; nomine dicit vel vocari contigit concedimus liber-  
tatem in quibuscūq; locis illis visum fuerit coemendi  
et comparandi ita ut a quibuscūq; personis quocūq;  
colere

colore excogitato, nullaque ratione coemenda et apud eos comparari  
 eiusmodi victualia cogi et compelli sint adstricti, sed  
 libero et iusto pretio, a quibuscumque personis omnia coemendi fa-  
 cultas illis sit libera, libertatem quoque fori dicti Teolnica  
 ipsis ita Concedimus ut quicquid ad esum vel potum re-  
 quiratur, a quocumque visum fuerit libere coemere possint.  
 Deinde Concedimus dictis Cultoribus aedificia omnis ge-  
 neris in fundis nostris ad usum et necessitatem illae extru-  
 endi et aedificandi, hoc est Conflatoria separatoria Mo-  
 latrinas Hamry Damos ad inhabitandum Cultoribus mon-  
 tium idque eo magis quod eiusmodi aedificia construenda  
 sint in locis desertis et prorsus inhabitabilibus. Ligna  
 vero cuiuscumque generis pro aedificijs extruendis pro Carbonibus  
 pro conflatorio ad conficiendum separandi ac in perfectionem  
 reducendum quamcumque mineram extruendam et reparandam liberam  
 vicisionem lignorum in sylvis nostris praedicti Capneatus gra-  
 tis concedimus ad decennium a data praesentium litterarum  
 computandi, certo tamen ordine ut annuatim sylvae in  
 partes per Capneum loci illius dividantur cultoribusque  
 assignentur ut dum una pars exciditur alia succresce-  
 re possit. Quae quidem scissio lignorum et aedificatio su-  
 praescripta ut late in posterum a Cultoribus non sumatur  
 volumus et declaramus ut praemissa omnia ydem Cul-  
 tores eam scitu Capnei nostri moderni et pro tempore  
 existentem faciant in locisque per Capneum designandis

eadem aedificia omnia construant lignorumq; seccione sine  
magna ractura Sylvarum marum utantur, rone quarum  
Sylvarum tenebuntur pronominati Cultores montium no  
crudam mineram ut in alijs locis consuetum est sed proprijs  
sumptibus illorum constatam et ad perfectionem reductam  
nobis et Succoribus nrjs, prout inferis exprimitur extra-  
dere. Dabitur autem nobis et Serms Succoribus nrjs qui-  
libet Octavus Centenarius aris ad perfectionem in  
Conflatorio reductus, Argenti qualibet marea sexta  
Auri qualibet libra tertia. Plumbi quilibet centena-  
rius decimus. Cynabri seu vini argenti libra decima Za-  
zumi aliorumq; colorum quomodocumq; numeratorum pars deci-  
ma et hoc ad manus Officij nrorum ante ad hoc deputan-  
dor, Licetum etiam erit dictis Cultoribus sortes suas alijs  
donare vendere et quocumq; iure et nomine in alios transfer-  
re officij montanici ad id ab ipsis instituti, scitu interce-  
dente longitudinis et latitudinis ad quarendas et eru-  
endas Mineras in bonis nrjs dicti Capneatus Noni Fori  
et Czorstineu nullum terminum ponimus sed ita longe  
et late illos protendi et produci per fundos nrjs in quas-  
cumq; partes permittimus, prout necessitas tulerit societatisq;  
huic suis ac montanicis rebus necessarium et comodum  
visum fuerit, in quo nullum impedimentum a Capneis et  
Tenentarijs nrjs habere debent. Id tamen intelligi debet  
ut id fiat sine praeiudicio agrorum prator et fundoru  
cultoru

cultorum tam praeiorum uitorum quam prinatorum Argentum  
 et Aurum ex dictis montibus proueniens Cultores montium ad  
 nrām officinam Monetariam sub pena Confiscationis conferre  
 et extradere tenebuntur, ita tamen ut offes nrī statim  
 et sine ulla intermissione et mora Auri libram iuxta cōmū-  
 ne pro tempore apud mercatores usitatum pretium Argenti Fa-  
 misber dictum marcam quamvis floremis duobus minus quam  
 pretium marca argenti pro tempore inter mercatores usita-  
